

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**M. Vitrvii ... De architectvra libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Cap. XI

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

inclusum: id autem ad perpendicularum collocatum in cultrum, uersatur cum rota pariter. Secundum id tympanum, maius icem dentatum planum est collocatum, quo continetur axis, habens in summo capite subscendente ream, qua mola continetur. Ita dentes eius tympani, quod est in axe inclusum, impellendo dentes tympani plani, cogunt fieri molarum circinationem, in qua machina impendens insudibulum, subministrat molis frumentum, & eadem uersatione subigitur farina.

DE COCHLEA QVAE MAGNAM COPIAM extollit aquæ, sed non tam alte.  
C A P . X I .

EST autem etiam cochlea ratio, quæ magna uim haurit aquæ, sed non tam alte tollit quam rota. Eius autem ratio sic expeditur. Tignum sumitur, cuius tigni quanta fuerit pedum longitudo, tanta digitorum expeditur crastitudo: id ad circumnum rotundatur. In capitibus circino diuiduntur circinationes eorum tetrantibus in partes quatuor, uel octauis in partes octo ductis lineis: et quæ lineæ ita collocentur, ut in plano positio tigno ad libellam, utriusque capitis lineæ inter se respondent ad perpendicularum: ab his deinde à capite ad alterum caput lineæ perducantur conuenientes, uti quam magna erit pars octaua circinationis tigni, tan magnis spatijs dislent secundum latitudinem. Sic & in rotundatione & in longitudine æqualia spatia fiunt. Ita quo loci describuntur lineæ, que sunt in longitudine spectantes, facienda decussationes, & in decussationibus finita puncta. His ita emendate descriptis, sumitur saligneæ tenuis, aut de uitice secta regula, que uero liquida pice figitur in primo decussatione puncto deinde traiicitur oblique ad insequentes longitudines & circinationes decubuum. Et ita ex ordine progrediens, singula puncta pretereundo & circumiuolendo, collocatur in singulis decussationibus: & ita peruenit & figitur ad eam lineam, recessens à primo in octauum punctum, in qua prima pars eius est fixa. Eo modo quantum progreditur oblique per spatium & per octo puncta, tantum in longitudine procedit ad octauum punctum. Eadem ratione per omne spatium longitudinis & rotunditatis singulis decussationibus oblique fixæ regule, per octo crastitum

dinis dñi

satur cum  
planum est  
udemferre  
in axe in-  
circina-  
nolis fru-  
  
PI.  
  
aque, sed  
editur. Ti-  
ta digito-  
tibus circu-  
r, uel oclia-  
in plano po-  
int ad per-  
ducantur  
stigni, tam  
datione &  
linea, qua-  
cussationis  
ea tenuis,  
mo decus-  
s & circu-  
a prater-  
ibus: & ita  
un punctu-  
tur oblique  
procedit ad  
dinis & ro-  
o crastis  
dinis diu-

dinis divisiones inuolutos faciunt canales, & iustam cochlea naturalemq; imitationem. Ita per id uestigium aliae super alias figuntur unctæ pice li- quida, et exaggeratur ad id, ut longitudinis octaua pars fiat summa crassi tudo. Supra eas circundantur & figuntur tabule, que pertegant eam in uolutionem. tunc eæ tabulae pice saturantur, & laminis ferreis colligantur, ut ab aqua ui ne dissoluantur. Capita tigni ferreis clavis & laminis continentur, ijsque infiguntur stili ferrei. Dextra autem & sinistra cochleam tigna collocantur, in capitibus utraque parte habentia transversaria confixa. In his foramina ferrea sunt inclusa, inq; ea inducuntur stili, & ita cochlea hominibus calcatis faciliter uersationes Erectio autem eius ad inclinationem sic erit collocanda, uti quemadmodum Pythagori- cum trigonum orthogonium describitur, sic id abeat responsum: id est, ut dividatur longitudo in partes quinq; earum trium extollatur caput co chlee, ita erit à perpendiculari ad imas nares eius spatium, partes quatuor. Qua ratione autem oporteat id esse, in extremo libro eius forma descri pia est.

Qua de materia siant organa ad hauriendam aquam, & quibus ratio nibus perficiantur, quibusq; rebus motus recipientia praestent uersationibus ad infinitas utilitates, ut essent notiora, quam apertissime potui per scripti.

DE CTESIBICA MACHINA, QVAE AL  
tiſſime extollit aquam. C A P. X I I.

I NSE Q VIT VR nunc de Ctesibica machina, que in altitudinem aquam educit, monstrare. Ea fit ex ære, cuius in radicibus modiolifia-unt gemelli paulum distantes, habentes fistulas (furcillæ sunt figura) simili- liter coherentes, in medium catinū concurrentes, in quo catino siant axes in superioribus naribus fistularum, coagmentatione subtili collocati: qui præobturatoris foramina narium, non patiuntur exire id quod spiritu in catinum fuerit expressum. Supra catinum penula, ut infudibulum inuer- sum, est attemperata, que etiam per fibulas cum catino cuneo traeicta, continetur & coagmentatur, ne uis inflationis aquæ eam cogat eleuare. Insuper fistula que tuba dicitur, coagmentata, in altitudine sit erecta. Mo dioli autem habent infra nares inferiores fistularum axes interpositos su

HH a prafora